

COLECTÁNEA DE JURISPRUDENCIA / *JURISPRUDENCE COLLECTION*

R. P. D. ALEXANDRO ARELLANO CEDILLO

ULTRAIECTEN.

NULLITATIS MATRIMONII

SUMMARIUM

1. 2. Species facti. — 3. 4. 5. 6. Iuris principia de gravi defectu discretionis iudicii. — 7. 8. 9. 10. 11. Principia iuris de exclusione boni fidei deque eius probatione. — 12. Actrix, puella timida ac fragilis, haud magnopere a semetipsa aestimata, sensu culpa oppressa ob inopinatam graviditatem, pressa est adiunctis particularibus ad celebrandas nuptias cum viro. — 13. Testimonia, licet non multum afferant, tabulam essentialiter depingunt quae assumpta Actricis corroborat. - 14. Conclusiones peritales plene congruunt cum actis causae unde satis probatum est mulierem actricem capacitate iudicii ac libertate interna caruisse. — 15. 16. Ad virum quod spectat, adnotandum est in eiusdem damnum allatas esse plurimas indolis vitiositates, quae tamen veram anomaliam seu personalitatis deordinationem non aequant. — 17. Patribus visum est votum peritale circa Conventum in pluribus non cohaerere factis et circumstantiis revera probatis. 18. 19. De excluso a Convento bono fidei incerta valde sunt argumenta allata. — 20. Evolutio postnuptialis consuetudinis suadet fidelitatis coniugalis fractionem fuisse fructum adiunctorum moralisque viri fragilitatis, non vero executionem cuiusdam mentalis reservationis iam tempore commutati consensus firmiter conceptae. — 21. Decisio pro nullitate.

Sententia definitiva diei 10 ianuarii 2018

FRANCISCI PP. Supremi Pontificatus anno quinto, die 10 ianuarii 2018, RR. PP. DD. Alexander Arellano Cedillo, qui et Ponens, David Maria A. Jaeger et Vitus Angelus Todisco, Auditores de Turno, in causa Ultraiecten., nullitatis matrimonii, inter:

- *d.nam Adelaidem, Actricem, natam in urbe X anno 1961, nunc commorantem in civitate Y, in iudicio legitime repraesentatam per Patronam ex mandato Adv. Flaviam Speranza, et*
- *d.num Adolphum, Conventum, in civitate Z anno 1961 orium, nunc commorantem in oppido W, rite citatum;*
- *intervenientibus ac disceptantibus in causa R. D. Francisco Ibba, N. A. T. Defensore vinculi substituto et Adv. Dominico Teti, Defensore vinculi ad causam specialiter deputato, sequentem, in tertio iurisdictionis gradu, definitivam tulerunt sententiam¹.*

1. - Adelaidis, hac in causa actrix, catholica, et Adolphus, pars conventa, christianus reformatus, ambo currente anno 1961 enati, post quartam saeculi partem et ultra misere collapsum viderunt coniugium quod die 19 octobris 1984 iniverant, praemissa licentia super mixta religione, coram ministro protestantico in municipio v. « K. », in Batavia.

Quamquam enim sex liberis, inter annos 1985 et 1995 ortis, ditata sit consortio, ob mutuam coniugum abalienationem — mulier sane studio theologiae totam se dedit ac dein pastoralis actuositati, etiam familiam negligens; vir ex suo latere apud alias mulieres consolationem quaesivit — tandem ad separationem thori mensae et habitationis mense iunio 2010 perventum est, subsequenter vero — mense februario-martio 2013 — per procellosum divortii processum, ad vinculi civilissolutionem.

2. - Mulier tandem etiam canonici moralis vinculi impatiens facta, die 22 maii 2013 competens Tribunal Ultraiecten. libello supplici adivit, nullitatis matrimonii declarationem quaesitura. Eius vadimonio iam die 13 maii 2013 recepto, Tribunal constitutum formulam dubii fixit, seu an constaret de matrimonii nullitate ob in utraque parte defectum discretionis iudicii et a viro convento exclusum bonum fidei. Expleta instructione partium triumque testium depositionibus, nulla peritia autem iussa, primi gradus Tribunal die 14 ianuarii 2014 negative ad omnia capita respondit.

Appellante Actrice, superius Tribunal Harlemen.-Amstelodamen., renovata mulieris excussione, habitis voto cuiusdam periti ex officio necnon relatione psychologi qui iam Actrici astiterat, acquisitis quoque scriptis quorundam testimoniis, die 4 martii 2015 primi gradus sententiam in toto reformavit.

1 Omnes sententiae, mutatis mutandis, sic exordiuntur.

Dispari itaque exstante decisione, causa pervenit ad Rotam Romanam, ubi Turno constituto, actis in linguam probatam versis et Patrona ex officio pro Actrice designata, hac instante, ad mentem Rescripti regnantis Pontificis diei 7 decembris 2015, iussit infrascriptus Ponens decreto diei 7 decembris 2016 dubium causae determinari, iuxta antiquiorem formulam: An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Nullo ulteriore actu instructorio posito (acquisitae sunt tantum litterae ab Actrice Patronae de statu causae via electronica transmissae), receptis ac perpensis scripturis defensionalibus pro vinculo et pro Actrice, nunc Nobis respondendum est dubio rite determinato et mox relato.

3. — **In iure.** — *De defectu discretionis iudicii.* - Cum mutuus consensus personalis partium non solum sit elementum intrinsecum et essenziale matrimonii, verum etiam eius unica causa efficiens, ipsum coniugum in suo esse constituens (cf. can. 1057, § 1), nupturientes tempore manifestationis foederis matrimonialis in ritu nuptiali ante omnia capacitate psychica pollere debent, praestandi nempe personali actu rationalis ac liberae voluntatis mutuum personarum traditionem et acceptationem ad constituendum totius vitae consortium, indole sua naturali ab bonum coniugum et ad prolis generationem educationemque ordinatum (cf. cann. 1057, 8 2; 1055, 8 1).

Ceterum, ut validus sit, consensus actus humanus debet, seu actus cuius homo est dominus: «Est autem homo dominus suorum actuum per rationem et voluntatem; unde et liberum arbitrium esse dicitur facultas voluntatis et rationis. Illae ergo actiones proprie humanae dicuntur, quae ex voluntate deliberata procedunt, in quantum [voluntas] sequitur deliberationem rationis» (Sanctus Thomas Aq., Summ. Theol, I-H, q. 1, art. 1).

Praeterea consensus, utpote actus humanus, praeditus esse debet etiam libertate, quia «dignitas hominis requirit ut secundum conscientiam et liberam electionem agat, personaliter scilicet ab intra motus et inductus, et non sub caeco impulsu interno vel sub mera externa coactione» (Const. past. Gaudium et spes, n. 17).

4. — Uti legitur in una coram Pinto discretio iudicii «postulat sufficientem maturitatem quae verificatur in sequentibus elementis: a) sufficienti cognitione naturae et proprietatum matrimonii; b) critica aestimatione de peculiari contractu ubi nubentes sese tradunt et accipiunt; nam post conscientiam deliberationem, perpensis motivis tam favorabilibus quam contrariis, nubens exprimit iudicium

practico-practicum quoad opportunitatem contrahendi vel non; c) sufficienti libertate interna, seu capacitate libere sese determinandi» (sent. Diei 30 octobris 2013, Poncen., A. 296/2013, n. 4).

Discretio iudicii quoad aspectum intellectivum dimetienda est ad iura et officia matrimonialia essentialia mutuo tradenda et acceptanda atque non requiritur ut contrahens rectum iudicium circa propriam personam vel circa personam consortis et omnes sequelas sociales, ethicisque ex contractu matrimoniali obvenientes necessario perpendere debeat.

Discretio iudicii quoad aspectum aestimativum poscit facultatem ponderativam seu criticam; discretio iudicii quoad aspectum volitivum seu electivum consistit in libertate electionis, quae importat indeterminationem facultatemque sese determinandi, et optime stat cum impulsione, quae promanat ex indole, ex vita acta, ex circumstantiis existentialibus, ex habitu nec non ex conceptibus tum moralibus tum religiosis. Deest libertas interna, ubi nupturiens ad matrimonium contrahendum impellitur.

Certo certius nemo non videt in peculiari electione pondus liberae determinationis. Re homo viator numquam agit in aliquo negotio absque impulsione, quae provenire possunt ex indole, ex ambito socio-culturali, ex educatione necnon ex peculiaribus circumstantiis existentialibus. Libertas, omnibus in ambitibus, manere potest cum impulsione productis a factis vel condicionibus tam internis quam externis, et minime ablata est si nubens capacitatem habet easdem sustinendi vel iisdem resistendi.

Effectus anomaliae quoque alterationes inicere debent activitati intellectivae et volitivae, quae in formationem consensus matrimonialis incidunt. Idque tunc evadit, si tales alterationes seu disfunctiones erodunt sive facultatem cognitivam in perceptione iurium et officiorum essentialium matrimonii, sive facultatem criticam et aestimativam in deliberatione et ponderatione indolis devincientis eorundem iurium et officiorum, sive facultatem electivam in exercitio libertatis essentialis et effectivae in mutuo tradendis et acceptandis praefatis iuribus et officiis.

Libertas interna minui vel supprimi potest multis ex causis, inter quas iurisprudencia Nostri Fori recenset neurosim, psychopathias, immaturitatem affectivam, ideas obsessivas, conflictationes internas, anxietatem, motivationem pathologicam, voluntatis defectionem.

5. - His in causis non quilibet defectus discretionis iudicii nupturientem reddit incapacem ponendi validum consensum matrimonialem, sed ille tantum qui gravitatis notam consequitur.

Circa accusatam incapacitatem psychicam partium, magni quidem pretii evadunt sequentia Papae Francisci verba in Adh. ap. *Amoris laetitia* prolata: «Saepe usu venit ut, cum quis animadvertit se quod optet non recipere, vel non perficere quod cupierit, id sufficere videatur ad finem matrimonio imponendum. Sic diuturnum non erit matrimonium. Nonnumquam ad decernendum omnia extincta esse sufficit ut quis spe quadam destituatur, tempore illo absit cum ipso alter indiget, in elatum animum vulneratur vel de quadam infinita re timet. Quaedam ad hominum infirmitatem utique spectant, quibus pergrave tribuitur emotionum pondus. Exempli gratia, cum quidam sentit

se prorsus non diligi, cum adsunt aemulationes, cum quaedam inter utrumque differentiae exstant, cum is ab aliis personis allicitur, cum nova studia cor invadere conantur, cum quaedam mutamenta corporis coniugis eveniunt, atque tot alia interveniunt [...].

His in condicionibus, quidam satis sapiunt ut iterum alium seligant veluti comitem in via, praeter necessitudinis limites, ac re accipiunt cunctis somniis optatis satisfacere se nequire. Vitant se unicos martyres putari, aestimant parvas angustasque facultates quas iis familiaris vita praebet atque operam dant ut vinculum roboretur in aedificio quodam, quod indigebit tempore studioque. Ooniam demum agnoscunt omne discrimen esse novum "sic" propter quod fieri potest ut amor renascatur roboratus, transfiguratus, maturatus, illuminatus. E discrimine quodam initium sumit animus ad altas requirendas radices evenientium, rursus ad nova foedera praecipue ferienda, ad novum temperamentum reperiendum, ad novum cursum simul suscipiendum (AAS 108 [2016], p. 407, n. 237-238).

Ast si inter coniuges huiusmodi longanimitas et muta comprehensio tandem deficit, mutuae defectiones intolerabiles fiunt et ad ruinam ferunt consortii.

Nefas quidem est ex mera collapsione consortii incapacitatem psychicam alterutrius coniugis deducere: etenim lex — et cum ea sana iurisprudencia — «per l'avverarsi di tale incapacità richiede, già al tempo del matrimonio, la presenza di una particolare anomalia psichica» (Benedictus XVI, Allocutio ad Rotam Romanam, diei 29 ianuarii 2009, *ibid.*, 101, p. 126). Speciatim, in factis expendendis, «si dovranno altresì prendere in considerazione tutte le ipotesi di

spiegazione del fallimento del matrimonio, di cui si chiede la dichiarazione di nullità, e non solo quella derivante dalla psicopatologia» (Ioannes Paulus II, Allocutio ad Rotam Romanam, diei 25 ianuarii 1983, *ibid.*, 80, p. 1183, n. 8).

6. - In ordine ad probationem defectus discretionis iudicii, praeter declarationes partium et testium adhibenda est ordinariae opera peritorum (cf. can. 1678, § 3). Eorum est iudicem edocere: a) de existentia psychicae perturbationis, apud partem quae incapax praedicatur, tempore matrimonii; b) de natura, origine et gravitate istiusmodi perturbationis; c) de influxu perturbationis in processu deliberationis ad matrimonium.

Periti in suis conclusionibus, iuxta methodum propriae scientiae, praestare debent elementa de normali vel perturbata functione facultatum psychicarum asserti incapacis, in formationem et manifestationem consensus matrimonialis incidentium, et quidem pro tempore celebrationis nuptiarum, de natura causae eventualis perturbationis, id est psychopathologica vel alterius generis, deque eius origine et gravitate.

Psychologi et psychiatri saepe acta et personam examinant sub ductu quaestionis, cur matrimonium naufragium passum sit. Aliud autem est matrimonium collapsum («fallito»), aliud est matrimonium nullum. Ex eo, quod connubium exitum felicem non habuit, nullo pacto pro eius nullitate concludi potest. Causae variae namque sunt, quae matrimonium omnino validum ad ruinam adducere possunt. Ad psychologos quod attinet, ii saepe facta abnormia colligunt illamque immaturitati personae attribuunt.

7. — De excluso bono fidei. - S. Augustinus inter bona matrimonii adnumerat bonum fidei, «quae est mutua coniugum in contractu coniugali implendo fidelitas, ut, quod ex contractu divina lege sancito alteri coniugi unice debetur; id neque ei denegetur neque cuivis permittatur; neque ipsi coniugi concedatur quod, utpote divinis iuribus ac eius contrarium et a fide coniugali maxime alienum, concedi numquam potest » (Pius XI, Litt. enc. *Casti connubii*, diei 31 decembris 1930, *ibid.*, 22 [1930], p. 546).

Hanc doctrinam sequens, Concilium Vaticanum II docet: «Quae intima unio, utpote mutua duarum personarum donatio sicut et bonum liberorum, plenam coniugum fidem exigunt [...] quemadmodum Ipse [Christus] dilexit Ecclesiam et Semetipsum pro ea tradidit, ita et coniuges, mutua deditio, se invicem perpetua fidelitate diligant» (Const. past. *Gaudium et spes*, n. 48-49).

8. - Consensus nubentium, uti quisque probe novit, causa efficiens est matrimonii, neque ab ulla humana potestate suppleri valet (cf. can. 1057, § 1). Cum sit legitime manifestatus a partibus iure habilibus, praesumitur verus ac sincerus, idest praesumitur externam eiusdem expressionem congruere cum interna voluntate (cf. can. 1101, § 1).

Attamen, uti recitat can. 1101, § 2, «si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum vel matrimonii essenziale aliquod elementum, vel essentialem aliquam proprietatem, invalide contrahit». Namque iam apud Romanos «simulatae nuptiae nullius momenti sunt» (Dig. 23, 2, 30); nihil ergo producit consensus externe et formaliter tantum expressus, nisi cum interno animi sensu congruat nubentis.

9. — Quod attinet ad exclusum fidei bonum iuxta Nostri Sacri Fori constantem iurisprudentiam, ex recepta et solidata distinctione inter ius et exercitium iuris, «cum de exclusione boni fidei agatur, tenendum est non obstare validitati matrimonii propositum adulterandi aut ad libitum sexualibus voluptatibus cum extraneis fruendi cum tale propositum non tangat obligationem servandae fidei, sed dumtaxat obligationis implementum» (cf. coram Palestro, sent. diei 13 martii 1987, RRDec., vol. UXXIX, p. 124, n. 7).

Distinctio huiusmodi, etsi non semper intellectu facillima et haud raro crisi subiecta, dimittenda non est, quatenus subministrat modum exprimendi in terminis iuridicis realem subiecti volitionis ambitum; discernendi, inquam, utrum in momento nuptiarum nubens – actualiter vel virtualiter; explicite vel implicite — sibi potestatem sui corporis vindicaverit, seu ius sese carnaliter immiscendi cum aliis praeter coniugem, an e contra obligationem servandae fidei acceperit, quamquam praevidens immo et sibi reservans rite concessae et acceptae obligationis inadimpletionem.

Quaestio solvenda est iuxta criterium voluntatis praevalentis, unde «merito ac iure interdum tribuitur effectus nullitatis etiam firmo proposito adulterandi ante nuptias elicitio seu corporis sui copiam faciendi aliis praeter compartem, cum id genus propositum naturam induat intentionis uti deliberationis et non merae discretionalitatis seu tendentiae [...] contra debitum servandae fidei» (coram Stankiewicz, sent. Diei 26 martii 1987, ibid., vol. UXXIX, p. 147, n. 9). Matrimonium, scilicet, valet si nubens obligationem fidelitatis accipit, licet praevideat interdum eandem fractum iri; non valet autem si intentio adulterandi eoque progreditur, ut ipsam obligationis acceptationem omnino tollat.

Denique distinctio inter ius et exercitium iuris facilioris applicationis evadit cum adversus intentionem veri matrimonii ineundi, quam nubens incunctanter habet, ipse in adulterium fovet mentes habitus qui in veram positivam volitionem non transeunt: «uti ex. gr. Accidit in intentione habituali, in generica animi dispositione violandi fidem, in intentione interpretativa aut in mera praevisione fidelitatem non servandi» (coram Bruno, sent. diei 15 iunii 1990, *ibid.*, vol. UXXXII, p. 515, n. 6).

10. - In simulationis provincia, consensus irritus habetur quando exclusio alicuius essentialis elementi vel proprietatis ingreditur in determinando obiecto consensus cum positivo actu voluntatis. De re memorat Summus Pontifex Ioannes Paulus II: «la tradizione canonistica e la giurisprudenza rotale, per affermare la esclusione di una proprie- tà essenziale o la negazione di un'essenziale finalità del matrimonio, hanno sempre richiesto che queste avvengano con un positivo atto di volontà» (Allocutio ad Rotam Romanam, diei 21 ianuarii 2000, AAS 92 [2000], p. 352, n. 4).

Actus positivus voluntatis ne confundatur oportet cum mera inertia, vel generica opinione prolata. Hic actus voluntatis simulationis tamen non semper requiritur actualis «cum sufficiat virtualis (scilicet adhuc servans virtutem actus antea habiti, sed non revocati, etiamsi non de novo eliciti imo forsitan non amplius percepti), vel etiam implicitus» (coram Palestro, sent. diei 16 maii 1990, RRDec., vol. LXXXII, p. 368, n. 7).

Semper utcumque est tantum actus voluntatis, minime autem error intellectualis seu falsum intellectus iudicium neque ignorantia singulorum circa matrimonii doctrinam, nisi agatur de errore pervicaci seu in mente contrahentis adeo radicato ut voluntatem determinet, ita consensum totum destruentem.

11. Simulationis probatio requirit ut superetur iuris praesumptio de conformitate inter consensum externe expressum et voluntatem interne existentem (cf. can. 1101, § 1), ideoque numquam facilis evadit.

Ipsa obtineri potest per confessionem simulantis in iudicio redditam, ac potissimum extra iudicium factam tempore non suspecto, et iudici relatam a testibus fide dignis. Credibilitas partium ac testium, huiusmodi in causis, fulcimentum totius probationis exstat.

Accedat oportet valida ac plausibilis causa simulandi, remota et proxima, quae saltem subiective demonstretur gravis et proportionata, necnon super causa contrahendi praevalens.

Attente denique sunt examinanda omnia vicissitudinis matrimonialis adiuncta, sive ante sive post nuptias celebratas, e quibus forte confirmatio erui possit assertae exclusionis.

Verbi gratia merum adulterii factum, iuxta constantem iurisprudentiam, argumentum in se aequivocum manet de excluso bono fidei; eoque vel magis si viri, praetensi simulantis, effrena mulierositas gratis asseritur ast definite nequaquam probatur.

12. - **In facto.** - De defectu discretionis iudicii ex parte mulieris actricis. — Infrascripti Patres Auditores censent relate ad determinationem factorum ac gestuum principalium quae revera acciderunt, praesertim in re mulieris actricis vitae et historiae familiaris, haud adesse divergentias revera graves vel essentielles inter narrationes mulieris actricis ac viri conventi, etiamsi interpretatio illis factis a diversis partibus data differat.

Radix singularis personalitatis Actricis exstat sine dubio in eius ambitu familiari, qui minime stabilitatem familiae puellam valeret fovere.

In depositione iudiciali, peracta in primo iudicii gradu, mulier dixit: «Durante la mia adolescenza non ho avvertito una atmosfera felice a casa [...]. Ognuno di noi viveva nel proprio mondo. La parte affettiva nelle relazioni tra di noi si era persa [...]. Facevo ciò che mio padre voleva che io facessi. Se non lo facevo, mi puniva. Mi rifiutava, non mi guardava e si negava a me».

In infantia et adulescentia invenitur radix eius fragilitatis psychicae et submissionis. In primo iudicii gradu Actrix memorat: «[parentes] mi hanno assegnato responsabilità più grandi di me da troppo giovane [...] non ho potuto vivere la mia adolescenza».

Ipsa enim animum suum hisce manifestat verbis: «La mia vita é segnata da dolore ritardato. Ho accuratamente nascosto il dolore separando il sentimento dalla mente. Ho difficoltà nell'avere intimità e non avevo autostima. Il rapporto tra i miei genitori era, durante la mia adolescenza, disturbato. Sono stata testimone di una relazione extraconiugale di mia madre. Mio padre nella nostra famiglia era assente».

Ceterum mulier actrix in vadimonio contendit se tempore nuptiarum statum vitae libere et conscie eligere non potuisse.

Ipsa in declaratione coram Iudice describit electionis nubendi iter hisce verbis: «La decisione per il matrimonio era già stata presa quando ho scoperto di

essere incinta. Questo mi ha creato una pressione morale molto pesante perché mi sentivo colpevole per la gravidanza [...]. Avevo detto a mia madre che la pressione era troppa [...]. Trovavo che dovevo proseguire e tenere duro. Lei stava morendo ed i miei futuri suoceri facevano pressione per proseguire i preparativi per il matrimonio. A tutta quella pressione non ero capace di resistere».

Quod spectat ad consortii matrimonialis rectam perceptionem aestimationemque tempore nuptiarum, mulier actrix sub hoc respectu magnam ostendit ignorationem. Nam ipsa affirmat: «Una preparazione al matrimonio non è mai esistita. In un'ora e mezzo abbiamo compilato i moduli necessari ed abbiamo fatto delle piacevoli chiacchiere con il parroco ed il pastore».

Ideoque, testimonium Actricis praebet ac roborat argumentum quod puella timida ac fragilis, haud magnopere a semetipsa aestimata, sensu culpa opprressa ob inopinatam graviditatem, pressa est adiunctis particularibus ad celebrandas nuptias cum viro. Talis status perturbationis emotivae graviter afficiebat harmonicam cooperationem eius intellectus ac praesertim voluntatis ac praepedivit eius libertatem internam. Ita consensum matrimonialem mulier expressit, carens, autem, debita discretione iudicii proportionata actui talis momenti ac ponderis.

Conventus qui pro vinculi validitate pugnat atque conatur omnia respicere quae Actrix adserit, nihilominus, in vadimonio ab ipso reddito, cum de Actrice loquatur, haec admitere cogitur: «Il rapporto tra padre e figlia era distante [...]. E cresciuta in un ambiente molto protetto dalla madre. Era stata determinante per la crescita della mia excompagna».

Prosequens in eodem vadimonio vir affirmat: «La mia ex-compagna è una donna fragile [...]. Questa malattia — Actricis mater nempe — è stato uno dei fattori che ha determinato la decisione della data del matrimonio».

Ex tabulis processualibus constat ergo de peculiari personalitate Actricis, de variis circumstantiis ob quas mulier actrix sese invenit in statu magnae pressionis psychologicae et quae, partim, eam impulerunt ad matrimonium contrahendum. Sine dubio admitti potest etiam hunc gressum fuisse non bene perspectum, ne dicamus omnino irresponsabilem, praetermissa quaestione responsabilitatis moralis circa prolem nascituram.

13. — Testimonia, licet non multum afferant, tabulam essentialiter depingunt quae assumpta Actricis corroborat, speciatim ea quae a propinquieribus sunt reddita, et apte in sententia secundi gradus summatim recoluntur.

W. G., quae de defectu discretionis nihil dicit, in depositione testificali, haec habet verba: «Secondo me lei ha dei problemi. E molto perfezionista in tutto [...]. ingenua. Non vuole vedere [...]. Vuole fare tutto bene agli occhi degli altri».

Testis G. B. memorat: «Si sono sposati a causa di quella gravidanza, così era la cultura [...]. Lei era una perfezionista nei dettagli e nella forma».

14. - In primo gradu Actrix relationem exhibuit cuiusdam Psychiatri tempore separationis consultati, in qua legitur: «Reazione di stress acuto in problemi relazionali. La paziente non é bene in grado di difendere se stessa e di indicare i propri limiti», et pervenit ad sequentem conclusionem: «Per prima supporto psicologico o da assistente sociale per poter aiutare nella fase acuta. In seguito si consideri una terapia per imparare a non oltrepassare i propri limiti».

In secundo iudicii gradu secuta est peritia ex officio doct. V., quae v. d. "background" electionis matrimonialis mulieris sic restituit: «Aveva pochissima consapevolezza di quello in cui consisteva un matrimonio [...]. Non c'è stata alcuna preparazione».

Perita in lumine quoque ponit: «la sua [Actricis nempe] personalità era insufficientemente evoluta e maturata. La consapevolezza di se stessa era debole. Si consegnava all'altro e non teneva conto dei propri interessi, necessità e desideri. In particolare la sua capacità di giudizio critico non era per niente o quasi niente sviluppata a causa della sua visione unilaterale negativa del mondo».

Quod attinet ad consecretaria in ambitu formationis consensus, Perita hanc fecit conclusionem: «Tra l'altro non era sufficientemente consapevole in cosa consisteva la scelta per un matrimonio. Di conseguenza era insufficientemente in grado di prendere in quel momento della sua vita quella decisione in modo consapevole». In secundo iudicii gradu exarata est altera peritia psychologica a doct. H., psychologo, ex officio designato.

Doct. H. confirmavit iudicium professionale doct. V. statuens uti sequitur: «L'interessata era al momento del matrimonio insufficientemente in grado di prendere una decisione consapevole e vedeva, sulla base delle proprie mancanze, il famoso principe azzurro in suo marito». Nullum habuit dubium hic Peritus circa gravitatem intrinsecam illius perturbationis personalitatis, necnon eiusdem gravitatem extrinsecam, scilicet circa influxum quem habuit in facultates psychicas mulieris actricis implicatas in formatione eius consensus matrimonialis: «L'interessata soffre ancora per gli avvenimenti accaduti prima, durante e dopo il matrimonio [...]. Le basi dei canoni in questione sono argomenti buoni per una

dichiarazione di nullità ecclesiale del matrimonio. Questo la faciliterà in suo processo di elaborazione e le darà la possibilità di riprendere in mano la sua vita».

Conclusiones peritales plene congruunt cum actis causae unde satis probatum est mulierem actricem capacitate iudicii ac libertate interna caruisse. Neque consueta praeparatio praematrimonialis, quae ordinarie in paroeciis instituitur, iuvare potuit quia partes admissae sunt ad matrimonii celebrationem sine tali praeparatione quia illo praecise tempore haud fuit de facto oblata. Nihil ergo mirum quod inde ab initio exortae sunt graves intra partes difficultates.

Quidquid est de ratione profunda indicati a Peritis defectus libertatis internae — quaeri potest utrum ageretur de gravibus ignotis motivationibus an de alterius generis impulsibus internis quibus Actrix sese opponere non potuit — haec saltem gravis ratio defectus discretionis iudicii in Actrice tute admitti potest. Non est iocus verborum, sed ob hanc saltem gravem causam revera agnoscendus est gravis defectus discretionis iudicii in muliere actrice tempore nuptiarum.

15. — *De viri conventi defectu discretionis iudicii.* - Ad virum quod spectat, adnotandum est in eiusdem damnum allatas esse plurimas indolis vitiositates, quae tamen veram anomaliam seu personalitatis deordinationem non aequant.

Conventus de se dicit: «Sono una persona che si interessa al bene degli altri», et in secundo gradu vindicat: «Io mi considero una persona stabile».

Conventi mos aliquid gloriosus seu ostentatorius, a testibus denuntiatus (cf. ex gr: «Era sfacciato per la sua età e molto socievole [...]. Gli piaceva stare al centro dell'attenzione», testis G. B.), quodammodo cum professione eius artificiosa cohaeret. Ex teste F. Rescimus hunc personalitatis aspectum Actrici minime displicuisse: «Era lei che stimolava il Convenuto ad essere perfetto nelle apparenze».

Habitus Conventi feminas alliciendi (est enim «uno facile nei rapporti ed à molto attraente con le donne»), licet moraliter reprehendi posset, nihil aliud demonstrat nisi voluptatem placendi et aliquem narcissisticum tractum qui validam electionem matrimonialem non praepedit.

16. — Ceterum multa quae Actrix in processus decursu refert de Convento amaritudine manant, explicabili sane ob tumultuosum divortii iudicium, sicut quodammodo ipsa mulier post primam sententiam agnoscit (se scilicet facta protulisse «in modo emotivo», et «all'inizio di questa procedura mi mancava ancora una visione distaccata»).

Item testimonium W. G., pessima quaeque viro impingens, prudentissime aestimandum est, utpote a muliere deserta et acerbe delusa prolatum.

17. — Peritus H. sine examine directo Conventi devenit ad conclusionem: «l'immagine che lei dà di lui é da riassumere meglio in termini psicologici come un uomo con un disturbo di personalità borderline con una patologia forte narcisistica, teatrale ed antisociale [...] questa descrizione & frutto della descrizione che l'interessata dà in base ai

numerosi esempi». Et addit: «Non avendo parlato mai con l'ex-marito, non posso aver un giudizio su questa persona in base a delle mie proprie osservazioni».

Inutiliter data est igitur opinio a psychologo H. in suo voto prolata, nempe de possibili deordinatione v. d. borderline penes Conventum. Nimis enim mobile ac fluxum est fundamentum ad eiusmodi hypothesim diagnosticam concipiendam.

Ergo si ita res se habent, nec anomalia Conventi fuit in seipsa gravis tempore nuptiarum, nec graviter afficere potuit facultates ordinis psychici eiusdem viri tempore nuptiarum, sive quod attinet ad eius capacitatem aestimativam matrimonii contrahendi sive quod attinet ad eius libertatem internam seu capacitatem sese sufficienter libere autodeterminandi.

Etsi in tabulis passim indicia deprehenduntur alicuius Conventi levitatis immo etiam improbitatis in gerenda vita matrimoniali, praeter relationem adulterinam ex parte viri conventi, nulla valida elementa collecta sunt ac potissimum non secuta est scientifica investigatio talis quae suppeditare posset pronuntiationem affirmativam circa hoc caput: quod igitur negativa responsione dimittendum. Etenim Patribus visum est praefatum votum peritale in pluribus non cohaerere factis et circumstantiis revera probatis.

18. - *De excluso bono fidei a Convento.* — Circa hoc caput palam est probationem omnino desiderari.

Vir ipse adulteria a se patrata admittit, eadem tribuens ultimae vitae matrimonialis periodo, cum iam uxor a domo maritoque alienata se totam suae actuositati pro Ecclesia dederat: «Avevo relazioni extra-coniugali con altre donne - fatetur Conventus —, perché non riuscivo piii ad arrivare a mia moglie e questo mi faceva disperare». Consonat testis E: «Se la tradiva era perché in quel periodo l'Attrice aveva troppa attenzione per il suo lavoro e perché lui aveva la sensazione di dover gestire da solo la famiglia».

Ex actis vero videretur retrotrahendum esse initium viri infidelitatum. Actrix loquitur de femina quadam domum coniugalem adeunte donaque pro viro ferente post annum a nuptiis, ast licet dubitari agi in casu de amasia, quae certo semet tegere potius studuisset (idque recte animadvertit primi gradus sententia). Fortasse erat mera admiratrix, namque «il mio ex compagno riceveva molte lettere e tanti regali da altre persone, soprattutto da donne». Si autem testi W. G. credimus, relatio adulterina eiusdem cum Convento anno 1991 an 1992 incepit. Attamen, uti supra iam adnotavimus, testis valde est suspecta ob simultatem quam fovet erga olim amasium, a quo asperam delusionem accepit, cum gravibus sequelis psychophysicis. Grave est quod ipsa Actrix, sciscitata de huius testimonii valore, admittat: «penso che era ancora troppo coinvolta emotivamente».

19. - In secundo gradu productae sunt declarationes scriptae (recte admittunt secundae instantiae Iudices non posse easdem definiri vera testimonia, nam «coloro che sono coinvolti non sono stati ascoltati sotto giuramento, e non sono stati ascoltati dal giudice istruttore, che avrebbe potuto fare delle domande mirate») ex quibus emergeret Conventum semper inde ab adulescentia scortatorem fuisse. Attamen agitur de rumoribus viculi, minime aptis ad realitatem circumscribendam; opportune animadvertitur splendiores personas (qualis abs dubio erat Conventus) in coartatis contextibus facile destinatum fieri maledicentiarum.

De cuius enim generis relationibus ageretur minime liquet. Si essent, uti probabilius evadit, adulescentiales amatiunculae, ac postea merae blanditiae vel elegantiae (ital: «corteggiamenti e galanterie») sine graviore sequela, vix ne vix quid afferrent ad radicatum viri morem libertinum demonstrandum.

Testis G. B. in primo gradu deponit: «Quando il Convenuto vede una donna che gli piace, la deve corteggiare. Una volta corteggiata, non gli interessa più». Probabiliter semel obtenta *expugnationis* voluptate, eiusmodi vir ad adulterii consummationem haud pervenit. Haud immerito ergo commentati sunt primae instantiae Iudices: «In che cosa consistevano queste storie non viene spiegato in questo fascicolo e lasciato all'immaginazione dei Giudici».

20. —. Utique, iuxta constantem iurisprudentiam, simulatio a voluntate procedit, non vero ab habitu, quamquam inhonesto; pravi mores possunt ad actum voluntatis ciere, non vero illum substituere. Et in casu actus voluntatis non exstat probatus, principaliter quia ipse assertus simulans suamet exclusionem boni fidei nequaquam confitetur, immo rotundo ore vindicat: «Tutti e due ci siamo scambiati

le promesse di matrimonio incondizionatamente». Etiam evolutio postnuptialis consuetudinis suadet fidelitatis coniugalis fractionem fuisse fructum adiunctorum moralisque viri fragilitatis, non vero executionem cuiusdam mentalis reservationis iam tempore commutati consensus firmiter conceptae. Amor uti causa nubendi ex viri parte luculenter patet ex tabulis, idque non sinit, quidquid post collapsam coniugalem conversationem pataverit iste, ad tempus commutati consensus revertendo, intentionem quamlibet contra bonum fidei effingere.

21. - Quibus omnibus tum in iure tum in facto perpensis, Nos infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, declaramus, decernimus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondentem: *Affirmative, seu constare de matrimonii nullitate, in casu, dumtaxat ob defectum discretionis iudicii ex parte mulieris actricis.*

Ita pronuntiamus, mandantes locorum Ordinariis et Tribunalium Adminisiris, ad quos spectat, ut hanc Nostram definitivam sententiam notificent omnibus quorum interest, et executioni tradant ad omnes iuris effectus².

Romae, in sede Rotae Romanae Tribunalis, die 10 ianuarii 2018.

Alexander Arellano Cedillo, Ponens

David-Maria A. Jaeger

Vitus Angelus Todisco

Sententia facta est executiva.

2 Omnes sententiae, mutatis mutandis, sic absolvuntur.

R. P. D. ALEJANDRO ARELLANO CEDILLO

UTRECH

NULIDAD DEL MATRIMONIO

Sentencia definitiva del 10 de enero de 2018

1. - **Facti species.** — Adelaidis, parte actora en esta causa, y Adolphus, parte demandada, cristiano reformado, ambos nacidos en el año 1961, después de algo más de un cuarto de siglo vieron fracasar tristemente el matrimonio que habían contraído el 19 de octubre de 1984, habiendo obtenido previamente la licencia de mixta religión, ante un ministro protestante en el municipio llamado «K.», en Batavia.

Aunque el matrimonio se vio enriquecido con seis hijos, nacidos entre 1985 y 1995, debido al distanciamiento mutuo de los cónyuges — la mujer se dedicó por completo al estudio de la teología y luego a la actividad pastoral, descuidando incluso la familia; el varón, por su parte, buscó consuelo en otras mujeres - se terminó llegando a la separación del lecho, mesa y habitación en el mes de junio de 2010, y posteriormente — en febrero-marzo de 2013 —, a través de un tormentoso proceso de divorcio, a la disolución del vínculo civil.

2. - Finalmente la mujer, queriendo liberarse también del vínculo canónico moral, el día 2 de mayo de 2013 acudió al Tribunal competente de Utrech con un libelo de demanda, pidiendo la declaración de nulidad del matrimonio. Después de haber comparecido el 13 de mayo de 2013, el Tribunal constituido fijó la fórmula de dudas, es decir, si consta la nulidad del matrimonio por defecto de discreción de juicio en ambas partes y por exclusión del *bonum fidei* por el demandado. Concluida la instrucción mediante las declaraciones de las partes y de tres testigos, pero sin haber ordenado realizar ninguna pericia, el Tribunal de primer grado el día 14 de enero de 2014 respondió negativamente a todos los capítulos.

Habiendo apelado la actora, el Tribunal superior de Haarlem-Amsterdam, después de tomar una nueva declaración a la mujer, recibido el voto de un perito de oficio, así como el informe de un psicólogo que había tratado a la actora, y adquiridos algunos testimonios escritos, el día 4 de marzo de 2015 reformó totalmente la sentencia de primer grado.

Al haberse producido estas decisiones dispares, la causa llegó a la Rota Romana, donde se constituyó el Turno, se tradujeron las actas al idioma aprobado y se designó una Patrona de oficio para la Actora, y a instancias de ésta el infrascrito Ponente, según la intención del Rescripto del Pontífice reinante de 7 de diciembre de 2015, ordenó por decreto de 7 de diciembre de 2016 determinar la duda de la causa según la antigua fórmula: *Si consta la nulidad del matrimonio en este caso*.

Sin realizar ningún otro acto instructorio posterior (solo se ha recibido una carta enviada por correo electrónico por la Patrona de la Actora sobre el estado de la causa), una vez recibidos y considerados los escritos de defensa del vínculo y de la Actora, ahora debemos responder a la duda debidamente determinada, que acabamos de mencionar.

3. — **In iure.** — *Sobre el defecto de discreción de juicio.* — Puesto que el mutuo consentimiento personal de las partes no es sólo un elemento intrínseco y esencial del matrimonio sino también su única causa eficiente, la que constituye en su ser al matrimonio mismo (cf. can. 1057, 8 1), los contrayentes, en el momento de la manifestación del pacto matrimonial en el rito nupcial, deben tener ante todo capacidad psíquica, o sea, la capacidad de ofrecer mediante un acto de la razón y de la libre voluntad la mutua entrega y aceptación de las personas para constituir un consorcio de toda la vida, ordenado por su misma índole natural al bien de los cónyuges y a la generación y educación de la prole (cf. cann. 1057, § 2; 1055, 8 1).

Por lo demás, para que sea válido, el consentimiento debe ser un acto humano, o sea, un acto del que el hombre sea dueño: «El hombre es dueño de sus actos mediante la razón y la voluntad; por lo que también se dice que el libre albedrío es una facultad de la voluntad y de la razón. Por tanto, se llaman acciones humanas propiamente a aquéllas que proceden de la voluntad deliberada, porque [la voluntad] sigue a la deliberación de la razón» (Santo Tomás de Aq., Summ. Theol., EL q. 1, art. 1).

Además, el consentimiento, en cuanto acto humano, debe estar dotado también de libertad, porque «la dignidad humana requiere que el hombre actúe según su conciencia y libre elección, es decir, movido e inducido por convicción interna personal y no bajo la presión de un ciego impulso interior o de la mera coacción externa» (Const. past. *Gaudium et spes*, n. 17).

4. — Como se lee en una *coram Pinto*, la discreción de juicio «requiere una madurez suficiente, que se verifica en los siguientes elementos: a) en el conocimiento suficiente de la naturaleza y de las propiedades del matrimonio; b) en la valoración crítica del contrato peculiar en el que los contrayentes se entregan y aceptan; porque, después de una deliberación consciente, sopesando los motivos tanto favorables como desfavorables, el contrayente expresa un juicio práctico-práctico sobre la oportunidad de casarse o de no casarse; c) en la suficiente libertad interna, es decir, en la capacidad de determinarse libremente» (sent. del 30 de octubre de 2013, Poncen., A. 296/2013, n. 4).

La discreción de juicio, por lo que se refiere al aspecto intelectual, debe medirse en relación con los derechos y deberes esenciales del matrimonio que mutuamente se han de dar y aceptar, y no se requiere que el contrayente deba realizar necesariamente una valoración justa acerca de su propia persona o de la persona del otro contrayente o acerca de todas las consecuencias sociales y éticas derivadas del contrato matrimonial.

La discreción de juicio, por lo que se refiere al aspecto estimativo, requiere la facultad ponderativa o crítica; la discreción de juicio, por lo que se refiere al aspecto volitivo o electivo, consiste en la libertad de elección, lo que implica la indeterminación y la capacidad de determinarse a sí mismo, y es perfectamente compatible con los impulsos que brotan del carácter, de la trayectoria vital, de las circunstancias existenciales, de las costumbres y de los conceptos tanto morales como religiosos. Falta la libertad interna cuando el contrayente se ve obligado a contraer matrimonio.

Ciertamente, no hay nadie que no vea el peso de la libre determinación en una elección particular. En efecto, el hombre en este mundo nunca actúa en alguna cuestión sin impulsos que pueden provenir de su carácter, del entorno socio-cultural, de la educación, así como de circunstancias existenciales particulares. La libertad, en todos los ámbitos, es compatible con los impulsos ocasionados por hechos o condiciones tanto internas como externas, y no se pierde en absoluto si el contrayente tiene la capacidad de soportarlos o resistirlos.

Los efectos de la anomalía deben provocar también alteraciones en la actividad intelectual y volitiva, que incidan en la formación del consentimiento matrimonial. Y esto sucede si esas alteraciones o disfunciones erosionan ya sea la facultad cognitiva en la percepción los derechos y deberes esenciales del matrimonio, ya sea la facultad crítica y estimativa en la deliberación y

ponderación del carácter vinculante de esos derechos y deberes, ya sea la facultad electiva en el ejercicio de la libertad esencial y efectiva al entregar y aceptar mutuamente dichos derechos y deberes.

La libertad interna puede verse reducida o suprimida por muchas causas, entre las que la jurisprudencia de Nuestro Tribunal enumera la neurosis, las psicopatías, la inmadurez afectiva, las ideas obsesivas, los conflictos internos, la ansiedad, las motivaciones patológicas, la falta de voluntad.

5. — En estos casos no todo defecto de discreción de juicio hace incapaz al contrayente de emitir un consentimiento matrimonial válido, sino sólo aquel que ha alcanzado la característica de la gravedad.

Acerca de la alegada incapacidad psíquica de las partes, resultan de gran valor las siguientes palabras del Papa Francisco expresadas en la Exh. ap. *Amoris laetitia*: «Se ha vuelto frecuente que, cuando uno siente que no recibe lo que desea, o que no se cumple lo que soñaba, eso parece ser suficiente para dar fin a un matrimonio, Así no habrá matrimonio que dure. A veces, para decidir que todo acabó basta una insatisfacción, una ausencia en un momento en que se necesitaba al otro, un orgullo herido o un temor difuso. Hay situaciones propias de la inevitable fragilidad humana, a las cuales se otorga una carga emotiva demasiado grande. Por ejemplo, la sensación de no ser completamente correspondido, los celos, las diferencias que surjan entre los dos, el atractivo que despiertan otras personas, los nuevos intereses que tienden a apoderarse del corazón, los cambios físicos del cónyuge, y tantas otras cosas [...].

En esas circunstancias, algunos tienen la madurez necesaria para volver a elegir al otro como compañero de camino, más allá de los límites de la relación, y aceptan con realismo que no pueda satisfacer todos los sueños acariciados. Evitan considerarse los únicos mártires, valoran las pequeñas o limitadas posibilidades que les da la vida en familia y apuestan por fortalecer el vínculo en una construcción que llevará tiempo y esfuerzo. Porque en el fondo reconocen que cada crisis es como un nuevo «sí» que hace posible que el amor renazca fortalecido, transfigurado, madurado, iluminado. A partir de una crisis se tiene la valentía de buscar las raíces profundas de lo que está ocurriendo, de volver a negociar los acuerdos básicos, de encontrar un nuevo equilibrio y de caminar juntos una etapa nueva» (AAS 108 [2016], p. 407, n. 237-238).

Pero si finalmente falta entre los cónyuges esta grandeza de alma y la comprensión mutua, los defectos mutuos se vuelven intolerables y llevan el matrimonio a la ruina.

Sin embargo, no se puede deducir del mero fracaso del matrimonio la incapacidad psíquica de uno de los cónyuges: de hecho, la ley — y con ella la sana jurisprudencia — «para comprobar dicha incapacidad, requiere, ya en el tiempo del matrimonio, la presencia de una particular anomalía psíquica» (Benedicto XVI, Alocución a la Rota Romana, del 29 de enero de 2009, *ibid.*, 101, p. 126). En concreto, al valorar los hechos, «también habrá que tomar en consideración todas las hipótesis para explicar el fracaso del matrimonio, cuya declaración de nulidad se pide, y no sólo la derivada de la psicopatología» (Juan Pablo II, Alocución a la Rota Romana, del 25 de enero de 1988, *ibid.*, 80, p. 1183, n. 8).

6. - En orden a la prueba del defecto de discreción de juicio, además de las declaraciones de las partes y de los testigos, deberá recurrirse de ordinario al auxilio de los peritos (cf. can. 1678, 8 3). Su deber es informar al juez: a) sobre la existencia de la alteración psíquica en la parte cuya incapacidad se alega, en el momento de la celebración del matrimonio; 5) sobre la naturaleza, el origen y la gravedad de esa alteración; c) sobre la influencia de la alteración en el proceso de deliberación para el matrimonio.

